

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 10.
Pagine 445-490.

Proprium de tempore.
In die sancti Thome martyris.
Sexta die a nativitate Domini.
Sancti Silvestri pape et confessoris.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2008.

Revised July 2008, October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.




II *In die sancti Thome martyris.*¹

Ad matutinas.

AS:72; 1519:85r; 1531:40r.²


Invit.

II.



100030.

S- sunt * Tho-me márt-y-ris so- lénni- a.




†Virgo ma- ter jú-bi-let ec-clé-si- a. *Ps. Ve-ní-te. 7*.*

AS:72.

Hymn.

I.



8346.

Artyr De- i qui. [682].

¶ *In j. nocturno.*

PEN:21r; 1519:85r; 1531:40r.³

204793.
1. Ant.
I.v.



Um-mo * sa-cerdó- ti-o Thomas sublimá- tus : Est



in vi- rum á- li- um sú-bi-to mu-tá- tus. *Ps.* Beátus vir. (*j.*)
[12].

PEN:21r; 1519:85r; 1531:40r.

203157.
2. Ant.
II.i.



Oná-chus * sub clé- ri-co clam ci-li-ci- á- tus Carnis



carne fórti- or édomat co-ná-tus. *Ps.* Quare fremué-runt. (*ij.*)

[12].

PEN:21r; 1519:85r; 1531:40r.⁴

200970.
3. Ant.
III.ii.



Ul- tor * agri Dó-mi-ni trí-bu-los a- vél-lit : Et



vulpes a ví- ne- is arcet et ex-pél- lit. *Ps.* Dómine quid
multiplicásti. (*ijj.*) [13].

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine. [687].

*Passio sancti Thome martyris edita a Johanne sancte recordationis,
Carnotensi episcopo, prius cancellario Sarum ecclesie.⁵*

Lectio j.



Loriósi mártiris Thome fratres caríssimi natálem celebrántes, quia totíus vite et conversatiónis ejus insígnia recólere non sufficimus : passiónis ejus modum causámque succíctus sermo percúrrat. Beátus ígitur Thomas sicut in cancellárie vel archidyaconátus officio, in rebus geréndis incomparábiliter extíterat strénuus : ita et post suscéptum pastóris officium, supra humánam estimatiónem factus est Deo devótus. Consecrátus enim repénite mutátus est in virum álium. Cilícium clam índuit, femorálibus étiam usus est usque ad póplites cilícinis : et sub vestis clericális honestáte, hábitum celans monachálem carnem prorsus coégit servíre spirítui, Deo studens ómnium virtútum exercítio sine intermissiáne placére. Sciénsque se cultórem pósito in agro Domínico, in vínea custódem, pastórem in caulis : ministérium sibi créditum studiósé complévit. Jura et

dignitátes ecclésiæ quas pública sibi potéstas usurpáverat : resarcíre et in statum débitum revocáre conátus est. Unde gravi questióne super jure ecclésiástico et regni consuetudínibus inter ipsum et regem Anglórum exórta : coadunáto consílio propósíte sunt consuetúdines ille quas idem rex tam archiepíscopi quam suffraganeórum suórum scripto roborári pertináciter exégit. Negávit constánter archiepíscopus : manifestam in eis ásserens libertátis ecclésiástice subversióne. Afféctus est ígitur contuméliis imménsis, damnis gravióribus attrítus : et innúmeris lacéssitus injúriis. Tandem sibi morte intentáta, quia causa ecclésiæ nondum plene innotúerat, et personális videbátur persecútio : cedéndum cénsuit esse malície. Actus ergo in exílium, a dómino papa Alexándro Senónis honorífice suscéptus est : et in monastério Pontiniacénsi studiósé commendátus.

PEN:21r; 1519:85v; 1531:40r.⁶

602260.

1. Resp.
I.



Tu- dens * li- vor Tho- me sup-plí-

In die sancti Thome martyris.

ci-o : Tho-me ge-nus dam-nat ex-í-li-o.

[40v.] †To-ta si-mul ex-it cogná-

602260a. ti-o. Ordo se-xus e-tas condí-ti-o : Nul-

lo gaudet hic pri-vi-lé-gi-o. †To-ta.

Lectio secunda.

Confiscántur ínterim in Anglia
 Omnes archiepíscopi rédditus,
 vastántur prædia, possessiones diripi-
 úntur : et excogitáto novo supplicii
 genere, tota simul proscribitur Tho-
 me cognátio. Omnes étiam amíci ejus
 vel familiáres, vel quicúnque eum
 quocúnque título contingébant : sine
 deléctu conditiónis aut fortúne,
 dignitátis aut órdis, etátis aut sexus
 páriter relegántur. Nam et senes et
 decrepiti, vagiéntes in cunis, et
 mulieres in puerpério decubántes, in
 exílium acti sunt. Quotquot autem
 discretiónis annos attígerant, tactis

sacrosántis juráre compúlsi sunt
 quod mari tránsito, statim Cantuari-
 énsi archiepíscopo se presentárent : ut
 vel compassiónis gládio tótiens
 confóssus, concéptum ánimi rigórem
 ad regis voluntátem inflécteret. Sed
 vir Dei manum suam mittens ad
 fórtia : exílium, damna, contumélias
 et oppróbria, paréntum et amicórum
 proscriptiόνem, pro Christi nómine
 constánter sustínuit, nulla prorsus
 fractus aut immutátus injúria. Tanta
 namque fuit confessóris Christi con-
 stántia : ut omnes coéxules suos
 docére viderétur, quod omne solum


forti pátria est.⁷

PEN:21r; 1519:85v; 1531:40v.⁸


2. Resp.
II.




Ho- mas * ma- num mit- tit ad fór-



ti- a, Spernit dam- na sper-nit oppró- bri- a. †Nul-la



Tho- mam fran- git injú- ri- a.



℟. Cla- mat cunctis Tho-me constán-ci- a : Omne so-



lum est for-ti pá-tri- a. †Nul-la.

Lectio tertia.

Audiens ergo rex immóbilem ejus constántiam : diréctis per ab- bates quosdam Cisterciénsis órdis ad capítulum generále lítteris com- minatóriis, eum a Pontiniáco per tur- báre curávit. Timens autem beátus Thomas ocasióne sui, viris sanctis imminére dispéndium : sponte recéssit. Sed ántequam inde progre- derétur divína revelatióne confortátus

est : osténso sibi célitus indício, quod ad ecclésiám suam reditúrus esset cum glória, et per palmam martýrii mi- gratúrus⁹ ad Dóminum. Perturbátum a Pontiniáco excépit summo cum honóre christianíssimus Francórum rex Ludovícus : et eum humaníssime donec pax reformarétur exhibuit. Sé- pius tamen et licet ipse incássum pulsátus est : ne regis Anglórum

602324.

602324a.

proditóri áliquod humanitátis benefici-
 um impénderet. Procéssit ultérius
 furor immánis : et piis áuribus hor-
 rénda crudélitas. Cum enim cathólica
 et pro heréticis et scismáticis et pér-
 fidis Judéis oret ¹⁰ ecclésia :
 prohibitum est ne quis eum
 oratiónum suffrágiis juváret. Sex
 ígitur annis exúlans contínuis váriis et
 innúmeris afflíctus injúriis et quasi

lapis vivus in structúram celéstis
 edificii multímodis tunsiónibus atque
 pressúris conquadrátus : quo magis
 impúlsus est ut cáderet, eo firmius et
 immobilíus stare probátus est. Neque
 enim aurum tam ánxie ¹¹ examinátum
 exúri pótuit : vel domus supra ¹²
 firmam petram fundáta convélli. Tu
 [autem Dómine].

R. 3. Jacet granum. ut supra ad vespas 438. et dicitur hic sine prosa : sive processio
 de sancto Thoma facta fuerit sive non.

C In ij. nocturno.

PEN:21v; 1519:86r; 1531:40v.¹³

203229.


4. Ant.
 IV.ii.



Ec in ag-nos * sús-ti-net lupos de-se- ví-re :



Nec in ortum ó-le-rum ví-ne- am tran- sí- re.



Ps. Cum invocárem. (iiij.) [13].

PEN:21v; 1519:86r; 1531:40v.¹⁴

5. Ant.
V.i.



X-ú- lat * vir óptimus sa- cer et insíg- nis : Ne




ce-dat ecclé- si- e díg- ni- tas in- díg- nis. *Ps. Verba. (v.)* [I4].

PEN:21v; 1519:86r; 1531:40v.


6. Ant.
VI.i.



X-u- lán- tis pré- di- a * pre- da sunt ma- líg- nis :



Sed in igne pó- si- tum non ex- ú- rit ig- nis.



Ps. Dómine Dóminus noster. (viiij.) [I7].

℣. Posuisti Dómine super caput ejus. [694].

Lectio iiij.

Denique tum summo pontífice, tum rege Francórum procurante : reformánde paci constitúti sunt dies plúrimi. Quam quia Dei servus non nisi salvo honóre Dei et salva honestáte ecclésie suscipere vóluit : discórdes ab ínvicem reces-

sérunt. Miserátus tandem summus pón- tífex Anglicáne desolatió- nem ecclésie : propó- sitis comminatóriis, vix tandem extórsit ut pax ecclésia red- derétur. Gavísa sunt ergo regna, quod rex archiepiscopum recepisset in grátiam : áliis credéntibus negócium

agi veraciter, aliis aliud conjicientibus. Igitur exilii sui anno septimo rediit pastor nobilis in Angliam : ut vel oves Christi a morsibus luporum liberaret, vel pro grege sibi credito seipsum impenderet. Suscipitur itaque a clero et populo cum gaudio inestimabili : illachrimantibus omnibus et dicentibus, Benedictus qui venit in nomine Domini. Sed post dies paucos iterum damnis et injuriis supra modum et numerum affectus est : et edicto pub-

lico ecclesie sue septa exire prohibitus. Quisquis ei vel alicui suorum [41r.] faciem hylarem pretendebat : publicus hostis censebatur. In omnibus his non est effractus animus ejus : sed adhuc ad ecclesie liberationem manus ejus extenta. Hanc jugiter suspirabat, ob hanc vigiliis, jejuniis, et orationibus insistebat : pro hac obtinenda, seipsum impendere summopere desiderabat.

PEN:21v; 1519:86r; 1531:41r.¹⁵

600814.

4. Resp.
VI.



X summa * re- rum le-ti- ci- a Summus

fit planc- tus in ecclé- si- a De tanti patróni ab-


sén- ci- a. †Sed cum ré-de- unt mi-rá- cu- la : Re-dit

pópu- lo le- tí- ci- a. ✠. Concúrrit tur- ba langui-

600814a.



dó- rum : Et conséqui-tur grá- ti- am be-ne-fi-ci- ó-rum.



†Sed cum.

Lectio quinta.

Quinto vero Domínice nativitátis die : véniunt Cantuáriam áulici quátuor viri quidem preclári genere : sed male factis famósi. Et ingressi pontíficem verbis contumeliósis ag-grediúntur : lacéscunt convíciis, tan-démque ei graves minas inténtant. Respóndit vir Dei modéste juxta quod rátio exigébat ad síngula : adjiciens sibi multas et ecclésie Dei post pacis reformatiónem irrogátas esse injúrias. Non esse qui erráta corrígeret, dissimuláre se de cétero nec posse nec velle, quin cure pastorális officium exérceret. Turbáti sunt ígitur insipi-éntes corde : et iniquitátem in excélsó locúti, exiérunt contínuo. Quibus egréssis : processit pón-tifex in ec-clésiam, ut laudes Christo vespertínas exólveret. Sequúntur a tergo gládiis extráctis Sáthane satéllites loricáti : armatórum manu multa sequénte. Aditum ecclésie monáchis preclu-déntibus : accúrrens Dei sacérdos et

hóstia Christi mox futúrus, hóstibus óstium reserávit, Non est (inquiens) ecclésia ut castrum ¹⁶ obseránda. Irrumpéntibus illis, et áliis Ubi sit próditor, áliis Ubi sit archiepíscopus furibúnda voce queréntibus : processit eis óbviám, Christi conféssor intrépidus. Intentántibus ei mortem, Et ego (inquit) pro Dei ecclésia libénter mortem suscípiam : sed ex Dei parte precípío ne meórum cuíquam noceátis. Christum vidélicet imitátus in passióne dicéntem, Si me queritis : sínite hos abíre. Irruéntes ígitur in pastórem pium lupi rápaces, in patrem próprium degeneres filii, in hóstiam Christi crudelíssimi lictóres : consecrátam cápitis corónam funéstis gládiis amputavérunt, et christum Dómini soloténus precipitántes, cébrum cum ságuine (quod dictu quoque horréndum est) per paviméntum crudelíssime sparsérunt. Sic itaque granum fruménti opprésit


In die sancti Thome martyris.

pálea, sic vínee custos in vínea, dux in
castris, in caulis pastor, cultor in área
cesus est : sic justus ab injústis

occísus, domum lúteam celésti palátio
commutávit.

PEN:22r; 1519:86v; 1531:41r.¹⁷

601463. 5. Resp. VII.



Un-di * flor- rem a mundo cón- te-ri,
Rachel plo-rans jam ces- sa cón- que-ri. †Thomas ce-
sus dum da- tur fú- ne-ri : No-vus A- bel
601463a. succé- dit vé- te- ri. ✠. Vox cru-ó- ris vox sparsi
cé-rebri : Ce-lum replet clamó-re cé-lebri. †Thomas.

Lectio sexta.

Ultima vero mártiris verba que
pre confusióne clamóris discerni
vix póterant : juxta própius astántium
assertiónem hec fuérunt. Deo et
beáte Maríe, et sancto Dyonísio, et
sanctis hujus ecclésie patrónis, me-
ípsium comméndo : et ecclésie

causam. In ómnibus autem cruci-
átibus quos invictíssimus Dei athléta
pértulit, non clamórem emísit, non
edídit gémitum, non bráchium aut
vestem oppósuit ferienti : sed caput
quod inclinátum gládiis exposúerat
donec consummarétur tenens immó-

bile, et quasi ad orationem prostratus obdormivit in Domino. Regressi vero viri scelerati in sancti pontificis palatium, ut passionem servi passioni Domini plenius assimilarent : diviserunt sibi vestimenta sua aurum et argentum et vasa preciosa, et equos electos, et quicquid preciosum poterunt invenire, statuentes quis quid tolleret. Et milites quidem hec fecerunt. Cetera sine fletu quis referat ? Tantus erat meror omnium, tanta


lamentata singulorum : ut iterum putares impleretur illud propheticum, Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus. Fecit tamen repente cum tentatione proventum divina clementia, et per visiones quasdam futuris quasi preludens miraculis martyrem in proximo signis glorificandum : reddituram post luctum leticiam, et turbidam languidorum beneficiorum gratiam innuit esse consecuturum.

PEN:22r; 1519:86v; 1531:41r.¹⁸

6. Resp.
VIII.




Christe * Je- su per Tho- me vul- ne-ra :



Que nos li- gant re- lax- a sce- le-ra. †Ne cap-



ti- vos fe-rant ad infe- ra Hos- tis mun- dus



vel car- nis o- pe-ra. ⁊ Per te


600346.

600346a.

In die sancti Thome martyris.



[41v.] Tho-ma post le-ve mú-ne-ra : Amplex-é- tur nos De- i



déx- te-ra. †Ne. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fi- li- o : et



Spi- rí- tu- i Sanc-to. †Ne captí- vos.


C *In tertio nocturno.*

PEN:22v; 1519:87r; 1531:41v.¹⁹


204552. 7. Ant.
VII.iv.



Atha- ne *sa-tél- li-tes irrumpén-tes tem-



plum : In-audí- tum pérpetrant scé-le-ris ex-ém-plum.



Ps. In Dómino confído. (x.) [19].

PEN:22v; 1519:87r; 1531:41v.²⁰

204771. 8. Ant.
VIII.i.




Tric- tis * Tho-mas énsi-bus ób-vi- am pro-cé- dit :

In die sancti Thome martyris.



Non mi-nis, non glá- di- is sed nec mor-ti ce- dit.




Ps. Dómine quis habitábit. (*xiiij.*) [23].

PEN:22v; 1519:87r; 1531:41v.²¹


9. Ant.
I.v.




E- lix * lo-cus, fe-lix ecclé-si- a : In qua Thome




vi-get memó-ri- a : Fe-lix ter-ra que de-dit pré-su-lem :



Fe-lix il-la que fo-vit éx-u- lem : Fe-lix pa-ter suc-



cúrre mí-se-ris : Ut fe-lí- ces jungámur sú-pe-ris.



Ps. Dómine in virtúte. (*xx.*) [38].

✠. Justus ut palma. 357.

201809.

¶ *Evangelium secundum Johannem x. [11-16].*

Lectio septima.



IN illo tēpore :
Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum pastor bonus. Bonus pastor : animam suam ponit pro ovibus suis. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape.²²

Audistis, fratres charissimi ex Alectione Evangelica eruditionem vestram : audistis et periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex

accidenti dono sed essentialiter bonus est : dicit, Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam quam nos imitemur : adjungit dicens, Bonus pastor : animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit : ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit : ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret : et oves quas redemerat, carnis sue alimento satiaret.


PEN:22v; 1519:87v; 1531:41v.²³

602322.

7. Resp.
I.

Ho- me *ce- dunt et pa- rent om-
ni- a : Pes- tes, morbi, mors et demó- ni- a.
†Ignis, a- er, tel- lus, et má-
ri- a. ∟. Thomas mundum replé-vit grá-ti-

602322a.



a : Thome mundus prestat obséquia. †Ignis.

Octava et ix. lectiones de passione sancti Thome legantur : et non de expositione Evangelii.

Lectio viij.


Revéra beátus Thomas athléta Dei precíusús digne glorificándus erat. Si enim causa immo quia causa mártýrem facit : cui unquam sanctorum mártýrum título extitit gloriósior ? Pro ecclésia certans, in ecclésia étiam passus est, in loco sacro, sacro Domínice nativitatís témpore, inter consacerdótes et manus religiosórum, quátenus in agóne pontíficis sic omnes circumstántie concurrérent : ut patientis título perpétuo illustrárent, et persecúentium revelárent impietátem, et nomen eórum sempitérno maculárent oppróbrio. Adeo vero in mártýris persecutores últio divína désevit : ut in brevi subláti de médio non comparérent. Et álíi quidem sine confessióne et viático súbito rapti, álíi

dígíto vel linguas próprias déntibus frustátim discerpentes, álíi sánie defluéntes et toto córpore tabefácti, et torsiónibus inaudítis ante mortem cruciáti, álíi paralýsi dissolúti, álíi améntes effécti : álíi cum insánia expirántes, manifésta reliquérent indícia, quod injúste persecutiónis et excogitáti parricídii penas exólverint. Gáudeat ígitur mater ecclésia novum mártýrem de hóstibus reportásse triúmphum, gáudeat novum pro sui liberatióne Zachariám immolátum in templo : gáudeat novi Abel sán-guinem pro se contra viros sán-guinem clamáre ad Dóminum. Vox enim sán-guinis effúsi, vox cébri funestórum satéllitum gládiis dispérsi : et mundum simul et celum cébri clamóre complévit.

PEN:22v; 1519:87v; 1531:41v.²⁴

601515.

8. Resp.
VI.



O-vis * ful-get Tho-mas mi-rá-

In die sancti Thome martyris.

cu- lis Membris do- nat cas- trá- tos

más- cu- lis. †Or- nat vi-

601515a. su pri- vá- tos ó- cu- lis. ✠. Mundat lep- re

conspérsos má- cu- lis, Solvit mor- tis li- gá- tos vín- cu- lis.

†Ornat.

Lectio nona.

A Cclamóre namque sánguinis hujus commóta est et contrémuit terra, sed et virtútes celórum mote sunt, ádeo ut quasi in ultiónem sánguinis innocéntis súrgeret gens contra gentem, et regnum advérsus regnum, immo ut regnum in seípsum fieret divisum : terrorésque de celo et signa magna fierent. Primo tamen martýrii sui témpore, inusitátis cepit martyr choruscáre miráculis : cecis

visum, claudis gressum, surdis auditum, loquélam mutis restítuens. Deínde leprósos mundans, consólidans paralýticos, ydrópysim et ómnium morbórum incurabílium génera curans : resúscitans mórtuos. Demóniis étiam, et eleméntis ómnibus mirabíliter ímperans : ad inusitáta quoque et inaudíta signa poténtie sue manum exténdit. Nam et óculis et membris genitálibus priváti :

[42r.]

méritis ipsius nova membra meruerunt suscipere. Quidam autem qui sancti miracula depravare presumpserunt : repente percussi coacti sunt ea predicare vel inviti. Denique adversus omnes émulos suos usque adeo martyr preváluit : quod singulis fere diébus iterátum videres in servo quod de Unigénito légitur, Vénient ad te qui detrahébant tibi : et adorábunt vestigia pedum tuórum. Passus est autem egrégius Dei athléta Thomas,

anno ab incarnatióne Dómini (secúndum Dyonísium) millésimo centésimo septuagésimo primo : quarto kaléndas Januárii, feria tértia, hora quasi undécima, ut Dómini natális ad labórem, ejus fieret natális ad réquiem, ad quam nos perdúcere dignétur idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus : qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

PEN:23r; 1519:88r; 1531:42r.²⁵

9. Resp.
II.



E- su* bo- ne per Tho- me mé-

ri- ta, Nostra no- bis di- mít- te dé- bi-

ta, Do- mum por- tam, se- púlchrum ví- si- ta. †Et


a tri- na nos mor- te sú- ci- ta.

601270a.

℣. Ac- tu mente vel u- su pér- di- ta : Pi- e- tá- te restáu- ra

601270.

In die sancti Thome martyris.



só-li-ta. †Et a tri- na. ✠. Gló- ri- a Pa-tri et Fí- li- o :
et Spi-rí- tu- i Sanc-to. †Et a tri- na.

[*Ante laudes.*]



✠. Ora pro nobis [beáte Thoma.

✠. Ut digni efficiámur promissionibus Christi].²⁶

 *In laudibus.*

1519:88v; 1531:42r.²⁷



202016. 1. Ant. I.v.



Ra-num ca-dit * có-pi- am gér-mi-nat fruménti :
A-la-bástrum frángi- tur, fragrat vis unguénti.
Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45].

1519:88v; 1531:42r.²⁸


2. Ant. II.i.



O-tus or-bis * mártý- ris certat in amó- rem : Cu-jus

204932.

In die sancti Thome martyris.



sig-na sín-gu-los a- gunt in stupó-rem. *Ps.* Jubiláte Deo. (*xcix.*)
[46].
1519:88v; 1531:42r.


3. Ant.
III.iv.



- qua * Tho- me quínqui- es vá-ri- ans co- ló-



rem : In lac semel trán-si- it, qua-ter in cru- ó-rem.



Ps. Deus Deus. (*lxij.*) [47].

1519:88v; 1531:42r.²⁹

200111.


4. Ant.
VI.



D Tho- me * me-mó-ri- am qua-ter lux de-



scéndit : Et in sancti gló-ri- am cé-re- os accén- dit.



Ps. Benedícite. (*Daniel ij.*) [48].

In die sancti Thome martyris.

1519:88v; 1531:42r.³⁰

204990.


5. Ant.
VIII.i.



U per Thome * sánqui-nem quem pro te impéndit :



Fac nos Christe scánde-re quo Tho-mas as-céndit.



Ps. Laudáte Dóminum. (cxlviij.) [*etc.*] [49].

Cap. Omnis pón-tifex. [729].

Hymnus. Deus tuórum mílitum. [715].

Ÿ. Justus germinábit sicut lílium. 365.

1519:89r; 1531:42r.³¹


Ant.
VI.



- pem * no- bis o Thoma pór- ri-ge,




Re-ge stan-tes ja-cén-tes é- ri-ge : Mo-res ac-tus et vi- tam



córri-ge, Et in pa- cis nos vi- am dí- ri-ge.

203689.



Ps. Benedictus. 63.*

Oratio. Deus pro cuius ecclésia. 440.

Memoria de nativitate.

Ant. Beátus venter. 338.

Ÿ. Benedictus qui venit. 322.

Oratio. Concède quésumus. 323.

Memoria de sancto Stephano.

Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac ant. Adhésit ánima. *ij. de laudibus* 363. *ubi vero processio facta non fuerit : dicatur ant.* Stéphanus. *iiij. de laudibus.* 363.

Ÿ. Posuísti Dómine. [694].

Oratio. Da nobis quésumus. 334.

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant. Hic est discípulus meus. *ij. de laudibus* 396. *ubi processio facta non fuerit : dicatur ant.* Ecce puer. *ij. de laudibus* 396.

Ÿ. Valde honorándus. 372.

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac ant. Innocéntes pro Christo. *ut supra* 410. *ubi vero processio facta non fuerit : dicatur ant.* Lavérunt stolas. *ut supra.* 442.

Ÿ. Mirábilis Deus. [192].

Oratio. Deus cuius hodiérna die. 406.

¶ *Ad j.*

Ant. Granum cadit. *j. de laudibus.* 462.

Ps. Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].



¶ *Ad iij.*




Ant. Totus orbis. *ij. de laudibus.* 462.

Ps. Legem pone michi. (*cxviiij. iij.*) [132].

Cap. Omnis p[on]tífex. [729].

Capitula, R̄. et V̄. de communi unius martyris et pontíficis [725]. *ita quod R̄. dicantur cum Allelúya. [ad omnes horas].*³²



6774. Resp.
VI. 
 Ló-ri- a et honó-re co-ro-násti e-um Dómi-ne.

6774a. 
†Allé-lu-ya al-lé-lu-ya. *ij. V̄.* Et consti-tu-ís-ti e-um su-per

ópe-ra má-nu-um tu-á-rum. †Allé-lu-ya. *V̄.* Gló-ri- a

Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Gló-ri- a. 33

¶ *Ad vj.*


Ant. Aqua Thome. *ij. de laudibus.* 463.

Ps. Defécit. (*cxviiij. vj.*) [141].

Resp.
VI. 
 O-su-ís-ti Dómi-ne su-per ca-put e-jus. †Allé-


7412.

In die sancti Thome martyris.




7412a.

lu-ya al-lé-lu-ya. *ij.* *℥.* Co-ró-nam de lá-pi-de pre-ci-ó-so.



†Allé-lu-ya. *℥.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i



34

Sancto. Po-su-ís-ti.

¶ *Ad ix.*

Ant. Tu per Thome sánguinem. *v. de laudibus.* 464.


Ps. Mirabilia testimónia tua. (*cxviiij. ix.*) [150].

Resp.
VI.




Ustus et palma flo-ré-bunt in domo Dómi-ni.

7061a.




7061.

†Allé-lu-ya al-lé-lu-ya. *ij.* *℥.* Si-cut cedrus Lí-ba-ni mul-ti-



pli-cá-bi-tur. †Allé-lu-ya. *℥.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :



35

et Spi-rí-tu- i Sancto. Justus.

¶ *Ad vesperas.*

Ant. Tecum principium. *j. de laudibus* 328.³⁶

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

Cap. Omnis póntifex. [729].

R. Jesu bone per Thome mérita. *et dicatur a tribus de superiori gradu, sicut in ceteris festis duplicibus per annum.* 461.

Hymnus. Deus tuórum mílitum. [714].


V. Justus germinábit sicut lílium. 365.

AS:73; 1519:89v; 1531:42r.³⁷


Ant.
I.v.




Al-ve * Thoma vir-ga justí- ci- e : Mundi ju-bar



robur ecclé- si- e, Ple-bis a-mor cle-ri de-lí- ci- e :



Sal-ve gre- gis tu- tor egré- gi- e, Sal-va tu- e gau-déntes



gló-ri- e. *Ps.* Magníficat. 53*.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

Memoria de nativitate.

Ant. Virgo Dei génitrix. *ut supra.* 338.

V. Verbum caro. 305.

Oratio. Concéde quésumus. 323.

204370.

Memoria de sancto Stephano.

Ubi processio de eo prius facta fuerit, cum hac ant. Stéphanus. *iiij. de laudibus* 363. *ubi vero processio non fuerit facta, tunc dicatur ant.* Ecce vídeo. *v. de laudibus.* 363.

℟. Glória et honóre. [687].

Oratio. Da nobis quésumus. 334.

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio de eo facta fuerit, cum hac ant. Ecce puer. *iiij. de laudibus* 396. *ubi vero non fuerit processio facta, dicatur ant.* Sunt de hic stántibus. *iiij. de Laudibus.* 397.

℟. Valde honorándus. 372.

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac ant. Lavérunt stolas. 442. *ubi vero non : dicatur ant.* Ambulábunt mecum in albis quóniam digni sunt : et non delébo nómina eórum de libro vite. 442.

℟. Letámini in Dómino. *ut supra.* [195].

Oratio. Deus cujus hodiérna die. 406.

¶ *Sexta die a natiuitate Domini.*³⁸

Ad matutinas.

Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in die natiuitatis Domini dicuntur.
287.

℣. Tanquam sponsus. 291.

Tres lectiones [fiant]³⁹ cum regimine chori.

¶ *Evangelium secundum Lucam ij. [33-40]. Lectio j.*

IN illo tēpore. Erant pater et mater Jesu mirāntes super his que dicebāntur de eo. Et réliqua.

Sermo ex commentario venerabilis Bede presbyteri. [Super Lucam, Lib. 1. 7, versus finem.]⁴⁰

[42v.] **P**atrem Salvatoris appellat Joseph, non quod vere juxta Fotiniānos pater fūerit ejus : sed quod ad famam Marię conservādam, pater sibi⁴¹ ab ómnibus estimātus. Neque enim oblītus est Evangelista quod eam de Spírītu Sancto concepisse et Vírginem peperisse narrāverit : sed opiniónem vulgi éxprimens (que vera hystórie lex

est) patrem Joseph nūcupat Christi. Quamvis et eo modo pater illius váleat dici, quo et vir Marię recte intelligitur sine commixtióne carnis ipsa copulatione conjúgii : multo videlicet conjúctius, quam si esset aliunde adoptātus. Neque enim propterea non erat appellāndus Joseph pater Christi, quia non eum concumbendo genúerat, quandóquidem recte pater esset étiam ejus : quem non ex sua cónjuge procreátum, aliunde adoptāset. Tu autem [Dómine miserere nostri].

℞. Hódie nobis celórum. j. 292. [Vel ℞. Beáta Dei génitrix. 307. *sive dominica fuerit.*]

Lectio ij.

ET benedixit illis Síymeon : et dixit ad Mariám matrem ejus, Ecce pósitus est hic in ruínam, et in resurrectionem multórum in Israel : et in signum cui contradicétur. Bene

in resurrectionem : quia lumen est et glória plebis Israel, quia dicit, Ego sum resurréctio et vita. Qui credit in me : etiámsi mórtuus fūerit vivet. Et omnis qui vivit et credit in me : non

moriétur in etérnum. Quómodo autem in ruínam, nisi quia et lapis offensiónis⁴² et petra scándali id est ruíne : his qui offéndunt verbo nec credunt. De quibus ipse ait,⁴³ Si non veníssem et locútus eis fuíssem : peccátum non habérent. Nunc autem excusatiónem non habent de peccáto suo. Qui non in seípso tantum, sed in suis quoque predicatóribus in

ruínam pósitus est, resurrectionémque multórum : testánte Apóstolo qui ait, Christi bonus odor sumus Deo : in his qui salvi fiunt, et in his qui péreunt. Qui enim predicánte Apóstolo, Verbum quod audit amándo séquitur : bono odóre resúrgit et salvátur. Qui odiéndo inséquitur : eódem ipso odóre córruit et móritur.

R̄. Hódie nobis de celo. *ij.* 294. [*Vel R̄.* Beáta viscera Maríe. 308. *sive dominica fuerit.*]

Lectio tertia.

Signum⁴⁴ cui contradícitur, fidem Domínice crucis áccipe de quo⁴⁵ apóstolo Paulo dicunt Judéi, Nam de secta hac notum est nobis : quod ubíque ei contradícitur. Et Apóstolus in se,⁴⁶ Nos enim⁴⁷ (inquit) predicámus Christum crucifixum, Judéis quidem scándalum : géntibus autem stultíam. Et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládus. Nulla docet hystória beátam Maríam ex hac vita gládii occisióne migrásse : presértim cum non ánima sed corpus ferro sóleat intérfici. Unde restat et

intélligi gládium illum de quo dícitur, Et gládus est in lábiis eórum, hoc est dolórem Domínice passiónis ejus ánimam pertransísse : que et si Christum ut pote Dei Fílium sponte própria mori, mortémque ipsam non dubitáret esse devictúrum, ex sua tamen carne procreátum non sine dolóris afféctu pótuit vidére crucifigi. Nam et ferrum quod ánimam Joseph pertransísse cánitur : nullum mélius quam díra tribulátio mentis intélligitur. Tu autem.

R̄. Descéndit de celis. *ij.* 295. [*Vel R̄.* Verbum caro. 326. *sive dominica fuerit.*]

Ps. Te Deum. [41]. *Et dicitur quotidie usque ad octavas epyphanie et in ipsis octavis, nisi in vigilia epyphanie cum extra dominicam contigerit.*

[*Ante laudes.*]

℣. Verbum caro. 305.

¶ *In laudibus.*

Hec sola ant. Quem vidistis. 317.

Ps. Dóminus regnávít (xcij.) [45]. et ceteri psalmi consueti dicantur. Ita tamen quod tres primi psalmi sub una voce dicantur : et quartus psalmus semper exaltetur si necesse fuerit. Quod per totum annum observetur ad laudes et ad vespervas quando una sola antiphona dicitur super psalmos : sive de temporalí, sive de festis sanctorum fit servitium. Simili modo fiat ad vespervas quando una sola antiphona super psalmos habetur.

Capitulum. Galat. 4. [1.]

Quanto tēpore heres párvulus est : nichil differt a servo cum sit dóminus ómnium, sed sub

tutóribus et actóribus est usque ad prefinitum tempus a patre.

Hoc capitulum dicitur ad has matutinas tantum.

Hymnus. A solis ortus cárdine. 320.


℣. Benedictus qui venit. 322.

AS:73; 1519:89v; 1531:42v.⁴⁸


Ant.
VIII.i.



Um mé-di- um * si-lénti- um te-né-rent ómni- a :




et nox in su-o cursu i-ter pe-rá-ge-ret : omní-po-tens ser-



mo tu-us Dómi-ne a re-gá-li-bus sé-di-bus ve-nit al-le-

2461.



lú-ya. *Ps. Benedíctus. 68**.

Oratio.

Ⓐ Mnípotens sempitérne Deus
dírige actus nostros in bene-
plácito tuo : ut in nómine dilécti Fílii

tui mereámur bonis opéribus abun-
dáre. Qui tecum.

Hec oratio dicatur ad has matutinas tantum, et ad primam suo loco tantum.⁴⁹ Ad alias horas dicatur oratio sicut in die natalis Domini.

Memoria de nativitate.

Ant. Pastóres. 339.

Ÿ. Ipse invocávit me. 298.

Oratio. Concéde quésumus. 323.

Memoria de sancto Stephano.

Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac ant. Ecce vídeo. v. de laudibus. 363. ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant. Beátus Stéphanus. j. de j. nocturno. 342.

Ÿ. Justus germinábit. 365.

[43r.] *Oratio. Da nobis quésumus. 334.*

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant. Sunt de hic. iiij. de laudibus. 397. ubi vero processio non fuerit facta : tunc dicatur ant. Sic eum volo manére. v. de laudibus. 397.

Ÿ. Valde honorándus. 372.

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac ant. Ambulábunt. ut supra. 442. ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant. Cantábant. 442.

Ÿ. Mirábilis Deus. [192].

Oratio. Deus cujus hodierna die. 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant. Pastor cesus. ut supra. 440. ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant. Granum cadit. j. de laudibus. 462.

℣. Ora pro nobis. [462].

Oratio. Deus pro cujus ecclesia. 440.

Ad j.

Ant. Quem vidistis. j. de laudibus. 317.

Ps. Deus in nomine. (liij.) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicunque. [100].


❧ *Ad iij. vj. et ix.*

Capitulum, ℞. [et] ℣. sicut in die nativitatis Domini dicuntur, 326. cum hac oratione, Concède quésumus. 323.

❧ *Si dies dominica in vj. die a nativitate Domini contigerit fiant ix. lectiones scilicet sex [prime lectiones]⁵⁰ de sermone beati Maximi episcopi de nativitate Domini scilicet lectio j. Hodierni mysterii. et addantur tres lectiones de expositione Evangelii, scilicet Erant pater et mater. ut supra. 470.*

❧ *Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℣. et ℞. sicut in die natalis Domini dicantur. 287.*

Lectio prima. Sermo beati Maximi.⁵¹

 Odierni mysterii sacramentum fratres charissimi sicut credidistis semper et creditis : reparatio est salutis humane, virtutum nativitas et ruina viciorum. Hodie namque Christus Jesus Dominus noster in quo divinitatis est plenitudo, carnis nostre infirma

suscipiens : novus natus est homo. Hodie refulsit secundus ille Adam, non incola sed Dominus paradisi : quem interdite arboris pulchritudo non fallat, serpens non decipiat, mulier non seducat. Hodie exortum est in tenebris lumen rectis corde : hodie illud quod celum et celi

celórum habére se gaudébat : mundus dum nescit accépit. Neque enim ut temporális quidam, nec qui ante non fúerit de fémína nobis repéntinus emérsit : sed qui semper erat cum Patre Deus sempérque

regnábat, novo per vírginem vóluit mortálibus apparére mystério. Novus quidem homo : sed Dóminus sempitérnus. Novus Christus : sed Rex ómnium seculórum. Tu autem.

Lectio secunda.

Ipse est in fine témporum natus ex María : qui ante ómnia sécula unigénitus procéssit a⁵² Patre. Hic est predictus a patriárchis, et a prophétis predicátus : annunciátus ab angelis, ab apóstolis approbátus. De uno eodémque legis, In princípío erat Verbum : et Verbum caro factum est. Gaude ergo nunc et exúlta tandem ad Deum tuum conuersa gentílitas : Percepísti donum quod Abraham in spírítu se vidísse letátus est. Meruísti

per Christum : quod meréri quondam Hebreórum gens elécta non pótuit, Timens enim Israel et tremens mirabátur ut légimus, quod Móyses pópuli princeps recónditus in nube : et in vértice montis altíssimi, solus cum Dómino loquerétur. Tibi vero sic natus est Christus, et tantum nobis dignatióem concessit : ut loquerétur homínibus, et ab homínibus viderétur.

Lectio iij.

Ad illum tunc montem Syna quicúnque accessisset ex pópulo : presénti puniebátur intéritu. Ad hunc ergo⁵³ montem qui hódie natus est mundo quicúnque non accesserit : moriétur. Et quidem unus pópulus tunc erudiebátur ad fidem : nunc vero omnes gentes vocántur ad vitam. Vidérunt venerábiles patres nostri : innúmera magnáque mirabília. Cælum illis angélicas rorávit escas : dúlcia pócula lapis duríssimus minis-

trávit. Jordánis pépetem meátum suum retrórsit in fontem : validíssimi hóstium muri,⁵⁴ tubárum strépitum corruérunt. Sol quoque commorátus in celo : longiórem triumphánti pópulo préstitit diem. Hoc vero nullis ántea vidére séculis datum est : ut Unigénitus Altíssimi quem treméntes archangelórum suscípiunt potestátes, hómínem se homínibus exhíberet, et carnem quam assúmpsit ab hómíne transformáret in Deum.

Lectio quarta.

[43v.] **A**mpléctere ergo dignatióem
majestátis etérne : et ne arch-
ánam Dómini tui discútias
voluntátem, quia ómnibus quidem
natus est Christus, sed fidélibus dat
salútem. Quod si tibi sénsuum
tuórum fragilitáte minus dignum
vidétur Fílium Dei natum de fémína
crédere : Virgínam cógita peperísse.
Si tibi panni in quibus obvolútus est
fortásse viléscunt : ángelos
collaudántes et multitudínem celéstis
exércitus admiráre. Si presépe in quo
infans jácuit déspicis : érige paulísper
óculos, et novam e celo stellam
protestántem mundo nativitétem

Domínícam contúere. Si non credis
vília : crede mirífica. Si de his que
humília sunt dispútas : que alta sunt
et celéstia veneráre. Isdem enim
referéntibus, isdémque auctóribus de
Dómino Salvatóre : que humília et
que gloriósa sunt didicísti. Univérsa
que ad salútis tue mystérium
pertinébant : sacra tibi Evangélica
prodidérunt. Habes in his unde
Dóminum Jesum et natum hóminem
credas : et Deum esse dubitáre non
possis, qui cum Patre et Spírítu
Sancto vivit et regnat Deus : per
ómnia sécula seculórum. Amen. Tu
autem [Dómine miserére nostri].

Lectio quinta. [Aug. ser. II de tempore.]⁵⁵

IN advéntu Domínico fratres
charíssimi solútus est omnis
patérne prevaricatiónis metus : quem
dyabólicis dudum fráudibus incúrrit
circumvénta mortálitás. Adest enim
nobis celi terréque Judex : qui rescisso
cyrográpho delictórum, reátum nos-
trum miserátus absólvit. Adest ille

Dóminus qui jugum captivitátis
antíque nostris a cervícibus solvens :
mérórem mundi etérna libertáte
letíficet. Adest ille Rex mansuétus,
qui per spácia totíus orbis celéstis
justície gréssibus incédens : super-
biéntem furéntis inimíci cónteret
tyránnidem. Tu [autem].

Lectio vj.

Hodie namque María parturiénte
natus est nobis Dei Fílius : ut
germáne carnis conceptiône produc-
tus, créato a se hómini et patérnam
pietátem, et fratérnum largirétur

afféctum. Et natus sane ab intácta est
fémína, ut Deum⁵⁶ páriter et hómi-
nem testarétur partus humánus : et
Deum probáret etérna virgínitas.
Nam sicut non póterat nisi caro de

carne nasci : ita non póterat Dei caro de feminéo útero, nisi sine generánte prodíre. Propter quod ait ángelus beatíssime Maríe, Spíritus Sanctus supervéniet in te : et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Et quod nascétur ex te Sanctum : vocábitur Fílius Dei. Spíritus (inquit) Sanctus supervéniet in te. Idcirco tibi frater virtútem Spíritus Sancti angélicus sermo

pretéxit : ne conjécturis carnális disputatiónis hebetátus, celéste tibi ipse mystérium terréna arguméntatióne confúndas. Aut non putes eum novum púerum in alvo Vírginis potuisse formáre : qui cum primum cónderet hómínem, nec semen patris nec víscera matérna quesívit ? Tu autem.

*Et addantur tres lectiones de expositione Evangelii, Erant pater et mater. 470.
In laudibus omnia fiant sicut prenotatum est : sive dominica fuerit hac die sive non.*

[Hac die]⁵⁷ hoc modo dicuntur hore.

¶ *Ad j.*

Ant. Quem vidístis. 317.

Ps. Deus in nómine tuo. (liij.) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque vult. [100].

¶ *Ad iij. vj. et ix.*

Capitula, R̄. et V̄. sicut in die nativitatis Domini dicuntur 326. cum hac oratione, Concéde quésumus. 323.

Si dies dominicus in die sancti Stephani vel sancti Johannis, aut sanctorum innocentium aut sancti Thome, aut sancti Silvestri, aut [in die]⁵⁸ circuncisionis evenerit, totum servitium fiat de festo, et nichil de dominica.



¶ Sancti Silvestri pape et confessoris.⁵⁹

Ad vesperas.

Ant. Tecum princípium. *ut supra ad ij. vesperas nativitatis.* 328.

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

Cap. Ecce sacérdos magnus. [791].

R̄. Miles Christi. [817].

Hymnus. Iste confessor. [792].

V̄. Amávit eum Dóminus. [800].

Ant. Confessor Dómini. [800].

[*Ps.* Magnificat. 53*.

V̄. Oremus.]⁶⁰

Oratio.

DA⁶¹ quésumus omnipotens
Deus : ut beáti Silvéstri confes-
soris tui atque pontíficis veneránda

solénnitas, et devotiónem nobis
áugeat et salútem. Per Dóminum.

Memoria de nativitate.

Ant. Virgo hódie. 335.

V̄. Verbum caro. 305.

Oratio. Concéde quésumus. 323.

Memoria de sancto Stephano.

Ubi processio prius de eo facta fuerit : cum hac ant. Beátus Stéphanus. *ut supra in primo nocturno.* 342. *ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant.* Constitútus. *ut supra in primo nocturno.* 342.

℟. Glória et honóre. [687].

Oratio. Da nobis quésumus. 334.

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio facta fuerit : cum hac ant. Sic eum. v. de laudibus. 397. ubi vero non : tunc dicitur ant. Johánnes apóstolus. ut supra in j. nocturno. 377.

℟. Valde honorándus. 372.

Oratio. Ecclésiam tuam. 372.

Memoria de innocentibus.

[44r.] *Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac ant. Cantábant sancti cánticum novum ante sedem Dei et Agni : et resonábat terra in voces eórum. 442. ubi vero non : tunc dicitur ant. Heródes irátus. j. de laudibus. 430.*

℟. Letámini in Dómino. [195].

Oratio. Deus cujus hodiérna. 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant. Granum cadit. j. de laudibus. 462. ubi vero processio facta non fuerit : dicitur ant. Totus orbis. ij. de laudibus. 462.


℟. Ora pro nobis. 462.

Oratio. Deus pro cujus ecclésia. 440.

¶ *Ad matutinas de sancto Silvestro.*

Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℟. et ℞. de communi unius confessoris et pontificis dicantur [801]. Novem lectiones fiant.

Lectio j.

ilvéster urbis Rome epíscopus cum esset infántulus, a vídua matre Justa nómine tráditus est Cyríno presbítero : cujus et vitam imitátus et mores, ad summum ápicem Christiáne religiónis áttigit. Factus júvenis hospitalitatem

toto ánimi diligéncia exhibébat : quam non divítie terréne, sed bone voluntátis thesáuri adimplébat. Tantámque grátiam ei Deus dedit : ut non solum a Christiánis, sed étiam ab éthnicis nímio diligerétur afféctu. Tricésimo autem etátis sue anno a

sancto Melchiade urbis Rome episcopo dyáconus factus : non multo post, omnis pópulus Christianórum in urbe, presbíterum eum sibi expóscunt fieri. Sancto ígitur Silvéstro presbýtero ordináto, tantam ei Dóminus grátiam cóntulit : ut nullus esset qui non illum ex afféctu diligeret, et

verum Dei esse fámulum acclamáret. Erat enim aspéctu angélicus, sermóne nítidus, ópere sanctus, córpore ínteger, ingénio óptimus, consílio magnus, fide cathólicus, spe patientíssimus, charitáte diffúsus. Tu autem [Dómine miserére nostri].

Lectio secunda.

SAncto itaque Melchiade episcopo migrante ad Dóminum, ab omni pópulo Silvéster eligitur : ita ut nullus invenirétur qui non ejus electionem acclamáret. Sanctus vero Silvéster etátis sue excusationem oppónens : quantum se accusábat indignum, tantum ab ómnibus dignus clamabátur. Quid multa ? His et hujuscémodi assertiónibus populórum artátus : auctóre Deo levátur urbis Rome episcopus. Et quia hoc esse méruit : opéribus declarábat. Erat enim piíssimus et omni suavitate conspicuus : atque ita inter dívites et páuperes médius, ut páuperes illum quasi parem aspicerent, dívites vero

quasi superiorem sibi dívitem estimárent. Non enim ad persóne poténtiam sed ad morum elegántiam attendébat : et tanto unumquemque eminentius honorábat, quanto sántius vívere didicisset. Circa egénos vero et ádvenas ita secúndum verbum Dei se sollícitum exhibébat : ut Christum esse in his créderet, et in eis ipsi Christo se conférre necessária gauderet. Verúmtamen quóniam longum est ejus sancta dicta et mirabilia stylo currénte describere : paucíssima ex multis de divinis mirabilibus, que per eum fecit Dóminus ad laudem nóminis sui commemoráre dignum est. Tu autem.

Lectio tertia.

Constantínus Augústus cum monárchiam orbis tenéret, et plúrimas strages dedisset de Christiánis : Elephántie a Deo lepra percússus est. Cui cum medicórum

multitúdo nulla medéndi ratióne subveníre posset : extitérunt qui dicerent debére piscinam fieri, que innocéntium puerórum ságuine replerétur, in quam nudus Augústus

descenderet, ut ab omni lepre vulnere mundari deberet. Missum est igitur, et fere ad tria milia infantes adducti. Die autem constituto egrediente imperatore ut sanguis innocuus funderetur : occurrit ei innumerabilis multitudo mulierum, omnesque solutis crinibus et nudatis pectoribus, dantes ululatus et gemitus coram eo prostrate, horrorem nimium illi et cunctis potestatibus incusserunt. Percontante autem Augusto, didicit has matres esse filiorum quorum sanguis esset fundendus : in quo ipse medendi causa lavandus esset et sanandus. Tunc imperator exhorruit facinus, et concionatus ad populum, jussit reddi filios matribus suis, donaque amplissima expendi : ut que

flentes venerant ad patriam alienam, alacres reverterentur ad suam. Sequenti igitur nocte : vidit Augustus per visionem sanctos apostolos assistentes et dicentes sibi, Nos sumus Petrus et Paulus apostoli Dei. Quoniam ergo effusionem innocui sanguinis horruisti : missi sumus a Domino Jesu Christo, dare tibi sanitatis recuperande consilium. Mitte igitur ad Silvestrum civitatis Rome episcopum : qui persecutiones tuas fugiens, in monte Serapti latitat. Quem cum ad te adduxeris, et unum Deum credideris : ab eo in piscina Deitatis ab omni lepre contagione mundaberis. Tu autem [Domine miserere nostri]. [44v.]

Medie lectiones de nativitate Domini fiant cum hoc V. Ipse invocavit me. 298.

¶ *Sermo beati Fulgentii episcopi.*

*De Sermonibus beati Fulgentii, Sermon. 2. post primum.*⁶²

Lectio quarta.

Bene nunciate (ait Propheta) diem de die salutare ejus. Quid est diem de die, nisi Filium de Patre ? Est igitur de Patre Filius, de die dies : sed tamen Pater et Filius non duo dies, sed unus est dies. Est de Patre Filius, de Deo Deus : Pater tamen et Filius non duo dii, sed unus est Deus. Unus igitur dies eternitatis simul

Pater et Filius a nobis cognoscitur : in die autem temporis solus Filius invenitur. Dies enim eternus Pater et Filius nostrum corpus et animam fecit : in die vero temporis solus Filius nostrum corpus animamque suscepit. Christus dies eternus unigenitus in forma Dei manens : Christus in die temporis unigenitus formam servi

accípiens. Christus dies etérnus dives pérmanens ut cónderet nos : Christus in die témporis pauper factus ut redímeret nos. Dies etérnus Christus de Deo ⁶³ Patre : Christus in die témporis Deus homo de Vírgine Matre. Christus dies etérnus Verbum eructátum de corde Patris : Christus in die témporis Verbum caro factum est de útero Vírginis Matris. Christus dies etérnus Deus verus de Deo vero : Christus in die témporis

Sponsus procédens de thálamó suo. Dies eternitátis Christus ángelos creans : dies in témpore Christus hómines salvans. Dies eternitátis Christus in celo sanctos ángelos pascens : dies témporis Christus hómines in terra refíciens. Ut étenim panem angelórum manducáret homo, Créator angelórum factus est homo : utrósque pascens, et ínteger pérmanens. Tu [autem].

R. Quem vidístis. *iiij.* 299.

Lectio quinta.

Quam bonus panis qui et ángelos pascit per spécíem ut de seípso satiéntur in pátria : et nos pascit per fidem ne deficiámus in via. Ille panis qui seípsum dat ángelis ad gáudium stabilitátis : seípsum dedit homínibus ad remédium sanitátis. Et qui est angelórum esca : nobis factus est medicína. Verúm tamen hic dilectíssimi fratres atténdite magnitúdinem grátie : et agnóscite quid Deus hómini dignátus est prerogáre. Christus enim Dei Fílius, de Deo vero Deus verus, et unus cum Patre naturalíter Deus, semper ex seípso sanctos ángelos pascit : sed tamen angélicam natúram Dei Fílius non accépit. Ut autem suam charitátem

Deus commendáret in nobis : Fílius ejus natúram nostram suscepit ex nobis. Et Deus Unigénitus qui panis est angelórum, ut étiam seípsum hómini fáceret panem : simul hóminis et ánimam suscepit et carnem, accépit utrámque veram : utrámque sanctam, utrámque mundam. Accépit ánimam nostram sine iniquitáte : accépit carnem nostram cum mortalitáte. Accépit ánimam justam : per quam nostris animábus justítiam rédderet. Carnem vero proptérea dignátus est habére mortálem : ut secúndum ipsam móriens, mortem vínceret, secúndum étiam ipsam resúrgeret, per quam nostra quoque córpora resuscitáret.

R. O magnum mysterium. v. 305.

Lectio sexta.

Magnum mysterium dilectissimi fratres : magnum divine dilectionis indicium. Homo Deum contemnens a Deo recessit : Deus diligens hominem ad homines venit. Diléxit ímpium : ut fáceret justum. Diléxit infirmum : ut fáceret sanum. Diléxit pervérsusum : ut fáceret rectum. Diléxit mórtuum : ut fáceret vivum. Et quid ámplius dicam quandóquidem Deus génius humánam natúram tantum diléxit ut eam non solum a potestáte mali ángeli liberáret, verum-étiam in seípso super omnes bonos ángelos in Patris déxtera collocáret ? Natúra enim que in primo hómine a malo ángelo captiváta fúerat : ipsa nunc in secúndo hómine super omnes bonos ángelos regnat. Natúra que in

primo hómine mundum peccáto pólluit : ipsa in secúndo hómine mundum a peccáto mundávit. Primus homo de terra terrénus : secún- [45r.]
 dus homo de celo celéstis. Primum hómíne múlíer corrúpta mente decépit : secúndum hómíne virgo incorrúpta virginitáte concépit. In primi hómínis cónjuge, nequítia dyáboli sedúctam depravávit mentem : in secúndi autem hómínis matre, grátia Dei et mentem íntegram servávit et carnem. Menti cóntulit firmíssimam fidem : carni ábstulit omníno libídinem. Quóniam ígitur miserábiliter pro peccáto damnátus est homo : ídeo sine peccáto mirábiliter est natus Deus homo. Tu autem.

R. Te laudant. vj. 303. *Nisi quando hoc festum in die lune contigerit tantum : tunc enim dicitur V.* Tanquam sponsus. 281. *cum his R.* Hódie nobis celórum. 292. *R.* Hódie nobis de celo.⁶⁴ 294. *R.* Descéndit de celis. 295.

¶ *Sciendum est quod quandocunque fiunt medie lectiones sive sint de temporali sive de festis sanctorum : semper dicantur V. et R. secundum ordinem nocturnorum, et hoc ab una dominica usque ad aliam dominicam observetur, ita tamen quod semper in dominica quando medie lectiones fiunt dicuntur V. et R. de primo nocturno nisi propria R. habeantur, et nisi in exaltatione sancte crucis, et nisi infra octavas [alicujus sancti]⁶⁵ sine regimine chori. Nam tunc dicuntur V. et R. secundum ordinem nocturnorum quotidie infra octavas etiam in dominica usque ad octavam diem, et tunc semper reincipiatur⁶⁶ hystoria. Si vero aliquod festum iij. lectionum unius confessoris et pontificis de quo fieri*

debeant medie lectiones in dominica et festum iij. lectionum unius confessoris et abbatis in aliqua feria ipsius ebdomade contigerint : tunc in secundo festo dicuntur V̄. et R̄. de primo nocturno,⁶⁷ et⁶⁸ non de secundo [nocturno]⁶⁹ : et hoc ne omittantur duo R̄.⁷⁰ non dicta propter unum prius dictum. Similiter etiam fiat quando aliquod⁷¹ festum iij. lectionum plurimorum martyrum et festum iij. lectionum plurimorum confessorum in una ebdomada contigerint. Quandocunque enim in matutinis ix. lectionum tres medie lectiones fiunt : tunc a V̄. medii nocturni incipiatur hujusmodi servitium donec idem perficiatur nocturnus et non ab antiphona medii nocturni ut quidam faciunt.⁷² Ita tamen quod omnes antiphone erunt de festa ix. lectionum, media tamen R̄. cum V̄. possunt esse de j. nocturno vel secundo vel tertio prout tempus exegerit. Et quia antiphone in nocturnis semper in eadem hystoria dicuntur : ideo a V̄. inchoatur hujusmodi servitium quando medie lectiones fiant alterius hystorie et dicitur medius V̄. quia medii V̄. locum observat sive fuerit de j. nocturno vel secundo vel iij. alterius hystorie, ordo tamen R̄. ita observetur : ut ad medias lectiones de quocunque fieri debeant : ab una dominica in aliam dominicam semper fiat inchoatio in dominica cum V̄. et R̄. primi nocturni, nisi infra octavas sine regimine chori : tunc enim a primo die usque ad octavam diem hujus ordo observetur.

In duplicibus festis sanctorum, qui habent memorias sanctorum festis illorum annexas sicut in festis sanctorum Jacobi, Bartholomei, Augustini doctoris, et sancti Mathei apostoli : fiant ille memorie in audientia ne omittantur : tamen quando horum festa in dominicis celebrantur : tunc memorie sanctorum adjunctorum cum memoriis de dominica et de Trinitate : sub silentio fiant.

In festo sancti Augustini doctoris ad ij. vespas de sancto Johanne et de sancta Sabina solennes memorie fiant. Tamen si festum sancti Augustini in dominica contigerit : fiat memoria de sancto Johanne ut supra dictum est, et memoria de dominica sub silentio.

Si festum duplex in sabbato contigerit fiant memorie de dominica et de Trinitate sub silentio et nulla processio ad crucem.

Ad ij. vespas in die purificationis et nativitatis beate Marie, et dominice in albis, et sancte Trinitatis, et Corporis Christi : nulla omnino fiat memoria de festa iij. lectionum in crastino contingenti, nisi festum ix. lectionum conjunctum fuerit, tunc de utrisque fiant memorie, non sicut in festo apostolorum Petri et Pauli fit memoria de octavis sancti Johannis Baptiste : ita nec solet fieri memoria de Trinitate in festo Corporis Christi : nisi fuerit cum regimine chori. Memorie de duplicibus festis et octavis cum regimine chori, et de commemorationibus etiam in duplicibus festis solennes memorie erunt.

Tres ultime lectiones de sancto Silvestro dicuntur : ita tamen quod septima lectio [tantum]⁷³ legatur de expositione Evangelii. Secundum Mattheum xxv. [14-23.]



IN illo t mpore :
Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos : et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape.⁷⁴

[45v.] **L**ectio sancti Evangelii fratres charissimi, sollicitate considerare nos admonet : ne nos qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona : rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum Deo ⁷⁵ promptior, quisque debet esse ex munere : quanto quisque se

obligatiorem conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscitur, servos suos vocat : eisque ad negotium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur, bene operantes pro apportato lucro remunerat : servum vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaque iste homo est qui peregre proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat abiit in celum ? Carnis enim locus proprius terra est, que quasi ad peregrinandum ducitur : dum per Redemptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens servis suis bona sua tradidit : quia fidelibus suis spiritualia dona concessit.

Octava et nona lectiones de vita sancti Silvestri legantur.

Lectio viij.

EXurgens igitur Constantinus : secundum quod jussum sibi fuerat, ad Silvestrum misit. Qui ubi se a militibus circumventum vidit : ad coronam martyrii se vocari credidit. Faciensque orationem et commendans Deo animam suam, et dans omnibus pacem : ad regem venit. Cui Augustus assurgens, alacri eum animo

suscipit : deinde ei omnia que facta et dicta ei fuerant, diligenter exposuit. Post finem vero narrationis sue percontabatur Augustus qui essent isti dii Petrus et Paulus : qui eum visitassent. Cui sanctus Silvester dixit, Petrus et Paulus non sunt dii, sed servi Dei : qui illi per fidem placentes, primi sunt ab eo apostoli

facti. Cumque hoc gratanter audiret Augústus : dixit, Peto si eos aliqua imágo hábeat expréssos : ut michi ostendántur. Tunc sanctus Silvéster jussit dyácono suo : ut apostólorum exhiberet imágines. Quas cum intuerétur : cum ingénti clamóre cepit

Augústus dicere, Nichil vérius quam horum has esse imágines : quorum visionem aspéxi. Hi michi dixerunt ut ad te mitterem, ut per te piscinam deitátis cognóscerem : in qua cum lotus fuíssem ómnium vúlnerum meórum conséquerer sanitátem.

Lectio nona.

Cui sanctus Silvéster respóndit, Audi rex. Salútis tue piscína est : ut unum Deum celi et terre creatórem cognóscas, et Fílium Dei pro salúte hóminum de celo in terram credas venísse. Cui Augústus respóndit, Ego nisi credidíssem : ad te pénitus non misíssem. Indíxit ergo sanctus Silvéster Augústo unius ebdómade jejúnium : et benedicens fecit eum cathecúminum. Véspere autem sábbati : procéssit Augústus ad lavácrum baptísmi. Quem sanctus Silvéster sancto crismáte Christi perfúndens : intérrogat si ex toto corde credat in Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum. Qui cum se crédere clara voce diceret : mersit eum in fontem dicens, Deus qui mundásti in Jordáne lepram Náaman Syri, et Paulo apóstolo per baptísmum

óculos quos amiserat reddidísti, et fecísti nobis ex persecutóre doctórem : tu emúnda hunc servum tuum ómnium terrenórum príncipem Constantínus, ut sancta tua ecclésia gloriétur eum se habére ex persequénte credéntem et defendéntem. Cumque omnes respondísset Amen : súbito quasi fulgor lux intolerábilis óculis, per médiam fere horam emícuit. Post hec exúrgens mundus a fonte Constantínus : Christum se vidísse conféssus est. Indutúsque vés-tibus cándidis legem hanc dedit, Christum Deum verum esse, qui se mundásset a lepre perículo : et jubébat hunc debére coli ab omni urbe Romána. Et si quis Christum blasphemásse fuísset comprobátus, punirétur.

Nonum R̄. a duobus cantetur in suppellicis ad gradum chori.

℣. Ora pro nobis beáte Silvéster.

[R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.]

¶ *In laudibus [et ad omnes alias horas]*⁷⁶ *omnia fiant ut unius confessoris et pontificis* [818]. *cum predicta oratione.* 478.

Memoria de nativitate.

Ant. Hódie intácta. 336.

℣. *Benedíctus qui venit.* 322.

Oratio. *Concéde quésumus.* 323.

Memoria de sancto Stephano.

Ubi processio de eo facta fuerit : cum hac ant. *Constitútus.* *ij. de j. nocturno.* 342. *ubi vero non, tunc dicitur ant.* *In tribulatióne.* *ij. de j. nocturno.* 343.

℣. *Posuísti Dómine.* [694].

Oratio. *Da nobis quésumus.* 334.

Memoria de sancto Johanne.

Ubi processio de eo prius facta fuerit : cum hac ant. *Johánnes apóstolus.* *j. de j. nocturno.* 377. *ubi vero non : tunc dicitur ant.* *Supra pectus.* *ij. de j. nocturno.* 378.

[46r.] ℣. *Valde honorándus.* 372.

Oratio. *Ecclésiam tuam.* 372.

Memoria de innocentibus.

Ubi processio puerorum facta fuerit : cum hac ant. *Heródes irátus.* *j. de laudibus.* 430. *ubi vero non : tunc dicitur ant.* *A bimátu.* *ij. de laudibus.* 431.

℣. *Mirábilis Deus.* [192].

Oratio. *Deus cujus hodiérna die.* 406.

Memoria de sancto Thoma.

Ubi processio de eo prius facta fuerit, cum hac ant. *Totus orbis.* *ij. de laudibus.* 462. *ubi vero processio facta non fuerit, tunc dicitur ant.* *Aqua Thome.* *ij. de laudibus.* 463.

℣. *Ora pro nobis.* 486.

Oratio. *Deus pro cujus ecclésia.* 440.

¶ *Ad j.*

Ant. Ecce sacerdos. [818].

Ps. Deus in nómine. (*liij.*) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

¶ *Ad iij.*

Ant. Non est invéntus. [813].

Cap. Benediciónem. [820].

R. et *V.* de communi unius confessoris et pontificis dicuntur : cum Allelúya.


Resp.
VI.

6080.




- má-vit e-um Dómi-nus et orná-vit e-um. †Alle-


6080a.



lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* *V.* Sto-la gló-ri-e índu-it e-um.



†Alle-lú-ya. *V.* Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i



Sancto. Amá-vit.


77

¶ *Ad vj.*

Ant. Fidélis. [819].


Cap. Cognóvit. [831].

Resp.
VI.




7068.

J Ustum de-dúx-it Dómi-nus per vi- as rectas. †Alle-




7068a.

lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* ⁊. Et osténdit il-li regnum De-i.



†Alle-lú-ya. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i



78


Sancto. Justum.

¶ *Ad ix.*

Ant. Serve. [819].

Cap. Magnificávit. [832].

Resp.
VI.




7061.

J Ustus ut palma flo-ré-bit in domo Dómi-ni. †Alle-




7061a.

lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* ⁊. Si-cut cedrus Lí-ba-ni mul-tipli-



cá-bi-tur. †Alle-lú-ya. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :

Sancti Silvestri pape et confessoris.



79

et Spi-ri-tu- i Sancto. Justus.

Notes. pages 45-490.

¹ In most English sources this feast is crossed out, erased, or physically removed from the book, as it was abolished in 1588. The complete text survives in copies of the 1581 *Breviary* and the music can be read in both manuscript and print antiphonals.

² PEN:21r. has no flat.

³ In 1519:85r. 'Summo' is set D.DFED. In BL-52359:50r. 'sublimátus' is set D.A.CAG.A; 'álium' is set F.ED.C. PEN:21. has 'áalterum' in place of 'álium'.

⁴ 1519:85r. and PEN21r. have 'evéllit'. In 1519:85r. 'Et' is set G.

⁵ John of Salisbury (c. 1120-1180), secretary to Thomas Becket from 1161, and bishop of Chartres (1176-1180).

⁶ In BL-52359:50r. 'supplício' begins DFGGF; 'cognátio' appears thus:



The flats at 'simul' and 'cognátio' appear in BL-52359:50r. The flat at 'supplício' appears in PEN:21r. PEN:21r. has no flat at 'condítio'.

⁷ Ovid *Fasti*, I : 493.

⁸ In the \mathcal{V} . SB:ccl. has 'Thomas'; 1531:39v. has 'Thome'. The final line, is a quotation from Ovid's *Fasti*, I : 493. It appears at the end of the Lesson in its original form. In BL-52359:50v. 'frangit injúria' is set C.EFGGFED.ED C.DEFDECDFGAADDCFGAFEDFDD.CD.D; 'constância' is set ECA.C.CD.D; 'forti' is set FGf.FED.C.D.D.

⁹ 'migratúrum'. SB:ccl.

¹⁰ 'orat'. SB:ccl.

¹¹ SB:ccl. omits 'ánxie'.

¹² 'super'. SB:ccl.

¹³ In PEN:21v. 'desevíre' is set G.FED.DE.E.

¹⁴ In BL:52359:50v. 'et' is set E; 'indígnis' is set FGA.B \flat AG.F.


¹⁵ In BL-52359:51r. 'letícia' is set C.B \flat AGACEGFEC.DC.C; 'planctus' is set FCEDCADD \flat C \flat .C.C; 'patróni' is set F.CDAB \flat ADD \flat C \flat .C.C; 'mirácula' is set G.FECEDEGC.DC.C; 'letícia' is set CAB \flat CAGCDEGEDC \flat FEEDC \flat DC.C.BC.C; the final FEE appears to have been erased. In PEN:22r. 'beneficiórum' is set C.DE.FE.D.C.C.

¹⁶ 'castra', SB:ccliii.

¹⁷ 1519:86v. has a flat signature on the line with 'fúneri'. In BL-52359:51r. 'cruóris' is set E.FEC.D. In PEN:22r. 'a' is set GBCDEDCBCD.

¹⁸ In SB:ccliv. the \mathcal{V} . reads 'Per te Thoma post tua múnera. ' In PEN:22r. 'scélera' is set FGAFGEDEGAGFG.FG.G. In 1519:87r. 'Spirítui' is set AG.FE.F.G. In BL-52359:51r. 'ligant reláxa' is set AFG.FEDEGAGFG FA.CBACDCBAB.G; 'ad 'ínfera' is set C \flat AGF.AAFG.G;

'mundus' is set DBDCBAGG.G; 'ópera' begins GABGAAGBCDEDCBCAG; the verse 'Glória Patri' is set thus:



V. Gló- ri- a Pa-tri et Fí- li- o : et Spi- rí-tu i Sanc- to.

¹⁹ In BL-52359:51v. 'satéllites irrumpétes' is set F.EDECCA.C.D C.DE.EDE.D.

²⁰ In PEN:22v. 'nóminis' is set DED.C.BA.


²¹ In BL:52359:51v. the first 'Felix' is set DFEDCD.D; 'in qua Thome' is set FGAB_b A GAFED; 'memória' is set DE.F.D.D. The flat appears in BL-52359:51v. and PEN:22v.

²² [Homilia xiv.] Gregorii Opera, Tom. I. col. 1448. (In Missali vero, Evangelium de die est secundum Lucam XIX. 12-28, de Communi.) [SB:cclv.]

²³ 1531:41v. has 'replévit glória'. In BL-52359:51v. 'cedunt' is set DCDACDFEDFFD.D; 'ómnia' is set FFECDCGGFED.EFD.D; 'pestes' is set AAGACCBGAAG.ED; 'mors' is set CD; 'Ignis aer' is set Da.AG ABCAAGADCBACCA.A; 'mária' is set DEFDECEFGACCAGFAFAGFEDCEFD.D.D. In PEN:22v. 'Thome' is set DFEDCD.D.

²⁴ 1519:88r. has 'castrátos máculis' and 'domat'. In BL-52359:52r. 'miráculis' is set G.AB_bCEDECFCCEFGFEDC.B_bAB_b.C. BL-52359:52r. has 'membris ditat'; 'ditat' is set ECDFEEDC.C; 'castrátos' is set EFG.GGFDC.C; 'máculis' is set GB_bCCB_bDCEEDECFFEDDCDB_bG.B_bAB_b.C. In BL-52359:52r. and PEN:23r. 'privátos' is set D.CCB_b.AG. In BL-52359:52r. 'óculis' is set CDECFCEDCDB_bAGB_bDDC.B_bC.C. PEN:22v. sets 'fulget' CDECDC . . . C. The blank space would suggest that the remainder of the melisma is missing; the final 5 notes of 'máculis' appear a third higher. In PEN:22v. 'conspérsos' is set G.F.EDC.

²⁵ In 1519:88r. 'mérita' is set DEFEDCDEDCDDAEEDFGFD.C.D; 'vísitá' is set C.DE.FDECDD; 'pérdita' is set G.GG.A; 'Spíritui Sancto' is set F.GGF.ED.D.CEFDCD.D. In BL-52359:52r. 'bone' is set FEEDEDCD.DC; 'Thome' is set GFEDEFEDC.D; 'portam' is set FDDCDEDFFE.E; 'vísitá' is set C.DEFD.D; 'morte' is set thus:



'Fílio' is set G.GA.A. In PEN:23r. 'débita' is set DEFGEFGEFGFDEFEDFD.FDC.D.

BL-52359:52r. includes a Prosa, 'Thomas victor in celésti' after the cue for the repetition, 'Et', and before another cue 'Et a' and the verse 'Glória Patri. PEN:23r. includes a Prosa, 'Pectus lumbos' with no music at the same location. These proses appear in the Appendix.

²⁶ (1525-6) [SB:cclviii.]

²⁷ In PEN:24. 'alabástrum' is set A.C.D.CBAG; 'fragrat' is set DA.GFE. In BL-52359:52v. 'fragrat' is set DA.AGFED.

²⁸ In BL-52359:52v. 'signa' is set A.F; 'stupórem' is set DEF.D.CD.D.

- ²⁹ In BL-52359:52v. 'memóriam' is set DF.FE.DE.EDC; 'accéndit' is set GB₁DC.B₁c.C.
- ³⁰ In BL-52359:52v. 'Thomas' is set AF.G.
- ³¹ In BL-52359:53r. the first note of 'dirige' is C.
- ³² 1519:89r.
- ³³ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.
- ³⁴ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.
- ³⁵ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.
- ³⁶ *Legendum erat potius*, 'prima de secundis Vesperis Nativitatis Domini.' [SB:cclx.]
- ³⁷ In AS:73. 'gaudéntes' is set FFe.D.D.
- ³⁸ 'Sexta die,' sic legitur. In titulis vero paginarum, 'Feria vi.,' minus recte. [SB:cclxi.]
- ³⁹ 1519:89v.
- ⁴⁰ Beda in *Lucam*, Cap. 11. Lib. 1. *Op.* Tom. v. col. 244. [SB:cclxi.]
- ⁴¹ 'sit'. SB:cclxi.
- ⁴² 'offensionis [est]'. SB:cclxii.
- ⁴³ 'dicit'. SB:cclxii.
- ⁴⁴ 'Signum autem', SB:cclxiii.
- ⁴⁵ 'qua'. SB:cclxiii.
- ⁴⁶ 'apóstolus ipse'. SB:cclxiii.
- ⁴⁷ 'autem', *Vulgate*.
- ⁴⁸ In AS:73. 'et' is set DFG. In BL-52359:53v. 'ómia' is set FGA.FED.DF; 'cursu' is set G.F.
- ⁴⁹ 'post primum in capitulum'. 1519:90r.
- ⁵⁰ 1519:90r.
- ⁵¹ *Homilie Hyemales*; In Natali Domini, Hom. quarta. *Op.* p. 197, Paris. 1671. [SB:cclxvi.]
- ⁵² 'e', SB:cclxvi.
- ⁵³ 'vero' *Brev.* 1525. [SB:cclxvii.]
- ⁵⁴ 'muri ad' SB:cclxvii.
- ⁵⁵ Maximi *Homilia Hyemales*, Hom. tertia de eodem, p. 196. Augustin. Appendix, Sermo 122. *Op.* Tom. v. col. 2666.]
- ⁵⁶ 'eum'—Maximi *Op.* p. 197. [SB:cclxix.]
- ⁵⁷ 1519:90r.
- ⁵⁸ 1519:90r.
- ⁵⁹ 'pape et' is erased in 1519:90r.
- ⁶⁰ 1519:90r.
- ⁶¹ 'Da nobis', 1531:44v.
- ⁶² Fulgentius, *de Duplici Nativitate Christi*, p. 525. [SB:cclxxiii.]
- ⁶³ 'Christus Deus de Deo'. SB:cclxxiv.

⁶⁴ 1531:45r. indicates 'de celis. '

⁶⁵ 1519:90v.

⁶⁶ 'incipiatur', 1519:90v.

⁶⁷ Recte, secundum Ordinale Sarum, quod testatur *Defensorium Directorii* (1488-97). Similiter *Crede Michi*, quod totam fere rubricam continet. [SB:cclxxvii.]

⁶⁸ 'sed', 1519:90v.

⁶⁹ 1519:90v.

⁷⁰ Add. 'primi Nocturni' *Crede Michi*, 1495-97. [SB:cclxxvii.]

⁷¹ 'Festum unius Martyris et Festum unius Abbatis,... et in omnibus fere libris scribitur quod *in secundo festo dicant Responsoria de ii. nocturno*, quod est expresse contra Ordinale.' (*Defensorium Directorii Sarum.*) Utramque regulam profert tractatus *Crede Michi*. [SB:cclxxvii.]

⁷² 'Quandocunque enim fiant medias lectiones de Temporalibus, sive de Festis Sanctorum, semper a Versiculo medii Nocturni incipiatur hujusmodi servicium, donec idem perficiatur nocturnus, et hoc ab una Dominica in aliam observetur.'...(et sequentia, totidem fere verbis prout in superiori pagina rubricam ex Breviario excidimus)—*Crede Michi*. [SB:cclxxvii.]

⁷³ 1519:90v.

⁷⁴ Gregorii Magni *in Evangelia*, Lib. I. Homil. ix. *Opera* Tom. I. col. 1462-64. [SB:cclxxix.]

⁷⁵ SB:cclxxix. omits 'Deo'.

⁷⁶ 1519:90v.

⁷⁷ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.

⁷⁸ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.

⁷⁹ This musical setting has been created by the editor, based on the music of the Responsory at Terce on the Feast of the Holy Innocents.